VICIPÆDIA

Lingua Moxel

Lingua Moxel[1] (ipsorum lingua *Mokšen'*) est lingua gentis Moxel. Lingua est una linguarum Morduinicarum, quae linguae familiae Finno-Permicae sunt, quae familia ad ramum Finno-Ugricum linguarum Uralicarum pertinet. In Re publica Mordovia Russiae statu publico utitur. Circa duo milia hominum lingua Moxel loquuntur, maxime in ruribus ripae Rha fluminis dextrae, i.d. occidentali. Scriptura utitur Cyrillica, nunc sine signis diacriticis, saeculo undevicesimo cum iis non multis. Saeculo duodevicesimo scriptura Morduinica inventa est usui Ecclesiae Orthodoxae, sed orthographia Moxel solum anno 1993 stabilita est.

Lingua Moxel Мокшень кяль	
Taxinomia:	Uralica Finno-Ugrica Finno-Permica Linguae Morduinicae **Lingua Moxel**
Locutores:	circa duo milia (anno 2010)
Sigla:	1 , 2 mdf, 3 mdf
Status publicus	
Officialis	Mordovia
Privata	Russia
Litterae:	Abecedarium Morduinicum
Scriptura:	Cyrillica
Procuratio:	—


Linguae Finno-Ugricae

Exemplum: Pater noster

Аляньке, кона менельса! Катк лувови инярукс Тонь лемце. Катк сай Тонь Оцязорксшице; катк ули Тонь мяльцень коряс модалангсовок, кода менельса; эрь шинь кшиньконь макск тейнек тячиенди, нолдайть тейнек минь пеженьконь, кода миньге нолясаськ тейнек шумуяфненди. Тямасть вятфне варчсемас но Кальдявть эзда идемасть. Аминь[2].	Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos induxeris in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

Notae

1. Nomine hoc Latino Willielmus de Rubruquis saeculo tertio decimo usus est, videas Moxel.
2. Sacra Scriptura linguis Finno-Ugricis variis. (http://finugorbib.com/bible/moksha/40_Mat06_ru.html)

Linguae Finno-Ugricae	
Finno-Permicae	Samicae • Finnica • Carelica • Vepsica • Izhorica • Votica • Estonica • Voruvica • Livonica • Mari (pratensis • montana) • Morduinicae (Erzia • Moxel) • Komiensis • Udmurtica
Ugricae	Hungarica • Chantyensis • Mansiensis

Receptum de "https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Moxel&oldid=3344609"